UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Timotheo Lectori. 438.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Te verò nihil horum emolliit, nec metu affecit, nec prudentiùs rectiúſque te gerere docuit. Quocirca ſi homo es, priùs te erudiat. Si dæmon, ex poſteriori condiſce, præſtantiſſima natura ad vitioſas affectiones minimè abuti. Ad iudicium enim venies, horum omnium examen ſubiturus, ac diuturni ſtuporis diuturnas rationes repoſcendus.

μένης. σὲ δὲ οὐδὲν τούτων ἐμάλαξεν, οὐδὲ δεδιέναι παρεσκεύασεν, οὐδὲ σωφρονεῖν ἐπαιδαγώγησεν. εἰ τοίνυν ἄνθρωπος εἶ, τῷ προτέρῳ παιδεύθητι. εἰ δὲ δαίμων, τῷ δευτέρῳ διδάχθητι, μὴ καταχρῆσθαι τῇ καλλίστῃ φύσει εἰς πάθη. ἥξεις γὰρ εἰς κρίσιν τούτων ἁπάντων εὐθύνας ὑφέξων, καὶ τῆς μακρᾶς ἀναλγησίας μακρὸν εἰσπραχθησόμενος λόγον.

Oribaſio. 437.

Ὀριβασίῳ ἰατρῷ.

Medicina quidem, vt Democriti verbis vtar, corporis morbis medetur: Sapientia autem animum è turbulentis affectibus extrahit. Quoniam igitur vtriuſque particeps es, atque altera ad corporum morbos ab aliis propulſandos vteris, fac alterius opera tibiipſi medearis, eam videlicet, quæ tibi deeſt, ſanitatem inſuper adipiſcens: citra quam nec optimus medicus, nec ſapiens reipſa eris.

Ἰατρικὴ μὲν κατὰ Δημόκριτον, σώματος νόσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθέων ἀφαιρέεται. ἐπεὶ οὖν ἀμφοτέρας μετείληφας, καὶ θατέρᾳ κέχρησαι πρὸς ἑτέρους πάθη σωμάτων ἰώμενος· τῇ ἑτέρᾳ σαυτὸν ἐξιάτρευσον, τὴν λείπουσαν ὑγείαν προσκτώμενος, ἧς ἄνευ οὔτε ἰατρὸς ἄριστος, οὔτε σοφὸς ἔσῃ τῷ πράγματι.

Timotheo Lectori. 438.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. υλη.

Duos turtures aut duos pullos columbarum Lex maſculos Hebræorum infantes, cùm in Dei conſpectum prodirent, muneris loco ferre præcipiebat, per proborum ac lenitate præditarum auium typum, puerorum ſimplicitatem ac mollitiem ſignificans, ac ſimilia per ſimilia purgari docens. Quos etiam agnos alio loco Scriptura nuncupat. Nam eos qui velut œſtro quodam perciti feruntur, diuinámque legem reiiciunt, ac per temeritatem & petulantiam naturæ contumeliam inferunt, hœdis comparauit.

Δύο τρυγόνας, καὶ δύο νεοττοὺς περιστερῶν, τοὺς νεογνοὺς ἄρρενας ἑβραίων φέρειν δῶρα τῆς πρὸς θεὸν ἐμφανείας ὁ νόμος προσέταττε, τῶν φιλαρέτων καὶ ἀνεξικάκων ὀρνέων τοῖς τύποις, τὴν ἁπλότητα καὶ ἁπαλότητα τῶν νέων παίδων. παιδίων. αἰνιττόμενος, καὶ τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια διδάσκων καθαίρεσθαι, οὓς καὶ ἀρνία προσαγορεύει ἑτέρωθι. τοὺς γὰρ ἐξοιστρῶντας καὶ ἀθετοῦντας, καὶ ἀταξίᾳ τὴν φύσιν ὑβρίζοντας, ἐρίφοις παρείκασε.

Theoni. 439.

Θέωνι. υλθ.

Malè feriata, & in turpibus rebus occupata impiorum hominum audacia & amentia nihil diuinarum rerum contumeliæ expers relinquit. Quoniam igitur quæſtiones quoque nunc abs te propoſitæ eiuſdem ſterilitatis ſegetes ſunt, omiſſis illis vera audi. Hæc verba, pœnitet me quòd

Ἡ κακόχολος καὶ φαυλοτριβὴς τῶν ἀθέων ἀπόνοια, οὐδὲν τῶν θείων καταλιμπάνει ἀνύβριστον. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τὰ νῦν προβληθέντα σοι, τῆς αὐτῆς ἐστὶν ἀκαρπίας γεώργια, ἐκεῖνα πα- ἀκαθαρσίας. ρεὶς, μάνθανε τἀληθῆ· τὸ μεταμεμέλημαι ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασι-

λέα